Actum in Castro Praemisliensi Sabbatho post Dominicam Oculi Quadragesimalem proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto. 6/III

Vlanocoski Bek Quietat.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan.
Praemislien. Generosus Ioannes Vlanowski Sanus mente et corpore existens
a Terris districtibus Iudiciis Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis
et competen. recedendo Praesenti autem Castrensi Capitan. Praemislien. Iurisdi-
ctioni se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus quae ad actum praesentem
attinet totaliter et plenarie subiciendo et incorporando palam libere pu-
blice ac per expressum recognouit Quia ipse Generosum Stanislaum Bek
eiusque posteros de summa Duorum millium florenorum polon. per ipsum sibi
recognoscenti Actis praesen. seu aliis quibusuis modo simplicis debiti seu
alio quouis ad soluendum inscripta iam vero persoluta Nec non de
ipsa inscriptione super summam praefatam seruientem de praemissis labo-
re quietat emittit liberumque et absolutum pronunciat perpetuo In-
scriptionem eandem debitoriam in toto et totam cassat mortifi-
cat et annihilat perpetuo Recognoscens summam suprascriptam rea-
lem realem esse persolutionem sibi et suis posteris ratione praemissorum per-
petuum imponendo silentium

M. Madalinscy Coniuges et

Gidzielscy itidem Coniuges Roborant.

Coram Generoso Joanne Mrastkowski(?) Camerario Grantiali(?) Terrae Pre-
misliensis in locum Magnifici Martini de Kielsko Madalinski Capitanei
loci praesentis subdelegato munus hoc subdelegationis in se libere et be-
nevole assumentis Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premisliensis Com-
parentes personaliter Magnificus Martinus de Kielsko Madalinski Capitaneus Premisliensis et
Catharina de Bersa(?) coniuges legitimi Magnificus maritus solus per se
consors vero cum assistentia mariti sui uti tutoris coniugalis et ad infrascri-
ptam recognoscendam consensu ab una Et Generosi Joannes Gidzielski et Mar-
tha Marianna de Humiska(?) itidem coniuges legitimi maritus solus per se
consors vero eadem cum mariti sui assistentia et tutore ad infrascriptam recogni-
tionem consensu parte ab altera, sani mentibus et corporibus existentes a
Terris districtibus iudiciis iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus
recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni se cum
successoribus ac bonis suis quibuslibet omnibus quo ad actum praesentem atti-
net totaliter et plenarie subiiciendo et incorporando palam libere publice
ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsum suo interest
esse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri ac
posteritati utriusque partis se ac suos successores in et super bonis suis quibuslibet
omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis Inscribunt et
obligant praesentem Intercisam certam inter se recognitam ratione certarum re-
rum et conditionum in eadem intercisa contentarum de actu et data eius-
dem hic Premisliae die hesterna actum praesentem praecedente confectis manibus
recognoscentium ab utrinque subscriptis vadioque decem millium flor. polon.
firmatis In omnibus et singulis eiusdem Intercisae conditionibus punctis clau-
sulis articulis vadio ligamentis ac nexibus quibuslibet universis firmiter teneri
ac complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis

illius Contentis

illius Contentis tam in toto quam in quavis minima parte satisfacere Inter-
cisam praedictam ad inscriptionem praesentem Roborationam et inscriptio-
nem praesentem Roboratoriam ad praedictam intercisam Divisim in toto re-
ferendo Idque sub Vadio Decem millium florenorum polonicorum per partem parti
cum Successoribus utriusque partis ob non completionem contentorum Inter-
cisae praefatae tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties
opus fuerit ad Solvendum Succumbendo Pro quo quidem vadio modo prae-
missio ad Solvendum Succubito ac re aliqua principali ex contentis Intercisae
praefatae non completa complendique praemissis Citata exinde memorata pars
una praemissa non tenens aut ipsius posteri Ad instantiam suprascriptae
partis alterius praemissa tenentis aut ipsius posterorum Ad officium Castrense
Capitaneale Premisliense extunc iussu suprascripto quo ad respondendum
spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio
stare comparere respondere vadium praetactum luere inscriptioni praesenti
Satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos Suc-
cessores ad eadem omnia inscribit et obligat Illum terminum primum pe-
remptorium et alios omnes exinde consequentes causa eiusdem terminos sem-
per peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum
legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exqui-
ctorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non dif-
ferendo ad evictionem ultra proximos terminos officii praefati Castrensis
Capitanealis Premisliensis dilationem alii non recipiendo Nullasque motiones
appellationes cassationes prosecutiones faciendo praemissaque omnia pe-
nes simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris
praescriptione Territori bello Conventione ac aliis omnibus iuris reme-
diis et defensis non subterfugiendo nec quovis modo evadendo
Actis personalibus recognitionibus ad praemissa omnia
mediantibus.